



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Vtrumne canones monastici & tria vota ey Euangelio profecta sint. Cap. IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Vita mona-
stica cur in-
stituta sit.

figenda quædam ad eos fiebat adhortatio: ac deinde communes & honestas
vt ante baptismum, vestes assumere permittebantur. Quod autem ita vt di-
xi, primus Christianorum habitus, vestis monastica fuerit, etiam hodie
multis Germaniæ ac Italiæ Episcopatibus probari potest, vbi infantes, dum
è sacro fonte leuantur, parua primum interula induuntur, cui annexum est
capitium est, monastici cuculli schemate, in ipsoq; crucis signum affutum est:
cuiusmodi interulas beatissima illa Elizabeth Regina pauperulis ingenti
cum deuotione conficere atque donare solita fuit. Estq; hic mos peruetustus,
hodièq; perseverat, & in ipsis nostræ religionis initijs obseruatus fuit. Facile
igitur hinc potest elici, primum Christianorum indumentum monasticæ
religionis abijciunt vestem, ita etiã ea quæ in baptismo Christo polliciti sunt, de-
serunt ac contemnunt. Atqui cum vita monastica eo consilio instituta sit vt il-
lius professores ad eam redeant innocentiam, quam in baptismo & post ba-
ptismum suè adepti, hoc est, vt Christo iam integrè præsent, quicquid
in baptismo promiserunt, ea re etiam eiuscemodi vestimenti genus quo in
cenobijs vtantur, eis assignatum est, quale in baptismo primum suscipere
ac induci sunt, vt vel ipso suo habitu commoueantur in ea degere innocen-
tia, quam in baptismo sunt consecuti. Ergone hoc tibi piùm, religiosum &
Christiano homine dignum videtur? MIL. Siquidem sic se res habet, vt ipse
asseruas, non est quod contra dicam. Sæpè sanè & audiui & perspexi foeminas
dum parui propinquæ sunt eiusmodi quales ipse commemorasti confi-
cere interulas: sed quando infantes ipsi induantur, non vidi. MON. Nunquam
ne infantem vllum è sacro fonte leuasti? MIL. Ita, semel duntaxat. MON. Nò
ergo tum id obseruasti? MIL. Quid verò id obseruassem, qui aliam tum mente
tractabam. Et reuera sacrificulus ille vsque adeo suis preculis ex libro pro-
latis nos detinebat, vt plus me defatigari sentirem, quam si duodecim horis
continuis equitarem: atque interim toties infantuli nomen exprimere illi
cogebat, vt mecum ipse cogitarem, nam tam esset obliuiosus, vt nomen illius
memoria tenere non posset. Et si quidem hora fuisset præmeridiana benè po-
tium illum suspicatus essem. MON. Absurdè satis loqueris, nec aduertis tamen
tete quoque cucullum gerere. MIL. Qualè cucullum? MON. Quæso te bardo-
cucullus, vel recinium Hispanicum nonne monachi cucullus dicitur? MIL.
Apage te cum tuo cucullo: satis iam superiq; eo meas obtudisti aures. Velim iã
de canone me certiozem reddas. MON. De quo tandem canone?

Virumne canones monastici & tria vota ex Euangelio profecta sint.

Caput IIII.

Miles.

I Amante dixisti mihi, quendam vos monachos canonem amplexos esse.
Sed Christus in Euangelio suum nobis canonem tradidit, quem quisquis
seruauerit, saluus erit. MON. Ita est vt dicis. MIL. Cur igitur hunc vos non
recipitis, per quem salui esse possitis? MON. Vtiq; & nos eum recepimus. MIL.
Quando verò? MON. Dicam id equidem ac iubens precor tamen interim ip-
se, qui Euangelicus vis haberi, dicas mihi, quandonam Christi canonem su-
sciperist

ſceperis? *MIL.* Id planè incompertum habeo. *MON.* Itane id ignoras? Quando igitur Chriſti præcepta omnia ſeruare ceppiſti? *MIL.* Id quidem haud facile dixerò. Hoc tamen probè noui, quando me Euangelicum amplexum eſſe canonem certior factus ſim. Ante annos aliquot ſacerdotes mihi perſuadere moliebantur verum Chriſtianum me neutiquam agere, niſi hæc atque illa ſeruarem, niſi hæc atque illa ommitterem: itemq; ſi hæc atque illa facerem, (quæ tamen fieri non poterant) ſaluum me effici non poſſe. Denique vbique vel plus vel minus cauſabantur, donec tandem Martinus Lutherus Euangelium nobis deprompfit: ex quo id iam didici ſola fide ſine operibus ſaluos nos poſſe fieri, ita nunc aduerto Euangelicum me eſſe, & in vero canone me permanere. *MON.* Vnde quaſo id animaduertis? *MIL.* Inde ſcilicet, quod firmiter credo ſaluum me fore, etiamſi bonis ſim operibus vacuus, imò etiam ſine operibus. Credo enim Chriſtum hominem factum, natum, concionatũ eſſe &c. & ſi ita res poſceret, etiam plura crederem (quid enim fides poſſit obſeſſe?) tantum vt ſaluum fieri liceret. *MON.* Ah proh dolor, vt miſeræ animæ ſeducuntur. Poſtmodum volente Deo, hinc tecum colloquar: iam tuæ prius quaſtioni faciam ſaciſ. Chriſti canonem (de eo namque percontatus es) in baptiſmo ſuſcepimus, vt & tu ipſe & Chriſtiani omnes fecère. *MIL.* Cur igitur illum non ſeruatis? *MON.* Poſſem reſpondere, cur etiam vos illũ non ſeruatis. Sed rationabilis reſponſum reſtendam. Toto quidem ſtudio in id incumbimus, vt illi conuenienter viuamus. *MIL.* Quoſum ergo adhuc alium requiris canonem? *MON.* Non vtique hac ratione alio canone habemus opus, quaſi per Euangelium non poſſimus effici beati, aut tanquam Euangelium ad ſalutem non ſufficiat. Sed vt ipſum Euangelium rectius, conſtantius, perfectius ſeruemus, ea re monaſticum ſuſcepimus canonem, qui tamen, vt probè me capias, nihil eſt diuerſus ab Euangelio, ſed ex ipſo Euangelio perſpectet. *MIL.* Mira ſunt quæ narraſ. Enimuero & mihi quinq; vel ſex Euang. capita perleſta ſunt: deinde vbi ab ſocijs abeſſe licuit, bonã illius partẽ, vxoꝝ meã legẽte, auſcultauim: nihil aut vſpiã de cucullo reperi, aut vnde monaſticũ canonẽ agnoſcere daretur. *MO.* Legiſtine vt Euang. Ioãne Bapt de illius ſimplicitate ac aſpero & ab aliorũ habitu discreto veſtimento comẽdet? *MI.* Legi equidẽ, nam veſtitus erat pilis equorum. *MC.* Non equorum, ſed camelorum pilis. *MI.* Perinde eſt, cuiuſmodi pili fuerint equinẽ an camelini. *MON.* Ita ergo fatearis neceſſe eſt eo ipſo ſimplicem ac poenitentia agendæ cauſa inſtitutum habitum religioſorum commendatum eſſe, cum tamen nemini ſit offendiçulo. Cui enim obeſſe queat cucullum me gerere nullis purpuræ damaſcenæ, aut ſerici villoſi linibis ornatum? *MIL.* Quoſdam ſanè monachos vidiffe me memini, quorum veſtis, ſiue cucullus eſſet, ſiue non, ex tam præſtanti confeſta panno erat, vt poſſet ſufficere vel principi. *MON.* Non hic aliorum facta defendenda ſuſcepi, de ipſo monaſtico ſtatu loquor qui canone ex ipſo Euangelio deſumpto vtitur. *MIL.* Id mihi explices velim. *MON.* Præcipuum vitæ monaſticæ ſtadium eſt trium votorum obſeruatio: vt verbi gratia, caſtitaſ, quam Chriſtus nos docet, vbi de ſpiritali loquitur caſtratione: quam & Eſaias præclaris vehit laudibus, iteꝝ Apoſtolus, vbi ait: Bonum eſt homini mulierem non tangere, & rurſus: Volo autem omnes.

Canon monaſticus quoſpectet.

Matt. 3. 11.
Marc. 1.
Luc. 3.

Studium vitæ monaſticæ quodnã ſit.
Matt. 19.
Eſa. 56.
1. Cor. 7.
Ibide.

omnes homines esse sicut meipsum. Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis, si sic permanserint sicut & ego. Subaudi in castimonia q̄ Apost. sc̄t̄abatur. Deinde multis affirmat verbis præstare virginē permanere, in castitate, q̄ nubere dicens, virginē in nuptam non curare, vt placeat viro, quod in matrimonio necesse est, sed vt placeat Deo: & licet non peccet si nubat, melius tamen eam facere, si permaneat in virginitate &c. Hoc scilicet tū ipsius Christi, tum

Ibidem.
Castitas
monastica
vnde ortum
habeat.

Obediencia
religiosoru
vnde.

Rom. 13.

Heb 3.

1. Pet. 2.

Matt 23.

Luc 10.

Luc 9.

1. Pet. 2.

Philip. 2.

Paupertatē
monachoru
probari ex
factis.

Matt. 19.

Zach. 9.

Matt. 19.

Luc 9.

2. Cor. 8.

Act. 4.

Matt. 5.

Luc 6.

Iacob. 2.

Matt. 19.

Castimonia
monastica
quænam ex
igat.

Age de sin
gulis votis,
quædam proponamus
exempla. Qui Deo castimo-
niam vouit & seruare statuit, non solum ipsa sibi luxuria interdixit, sed etiam
peccatis illis omnibus, quæ admittuntur, vt ad libidinem peruenire liceat,
quæq; ad obscenos actus perducunt. Castitas verat carnalem amicitiam,
choreas, nocturnas impuere amoris causa muscas, modulationes, amplexus
ostula

Ab Apostolo consilium religiosi amplectuntur, idemq; cuncti monastici canones præscribunt, non quasi ab hominibus effictum, sed velut à Christo laudatū, ab Apostolo consultum, à Sanctis, imò & à summis atque sanctissimis hominibus. puta ab ipsa Dei genitrice & Iesu Christo eius filio in eorum vita observatum. Secundum votum est obedientiæ. Huius laude tum veteris, tū noui testamenti pagina implentur, & sic ibi adhortatio, vt *sublimioribus potestatis omnis anima subdita sit, nedum bonis, sed etiam discipulis.* Item: vt illis quorū præfectis mos gerendus sit, qui quod dicunt, ipsi non faciunt. Itēq; vt Christus obedientiam superioribus præstitam tanquam sibi exhibitam ducat. Adhæc, vt nos ipsos abnegemus: vt etiam omni humanæ creaturæ subditi simus propter Deum, atque vt Christus ad mortem vsque obediens, nobis relinquens obedientiæ exemplum, vt sequamur vestigia eius. Itaq; & hoc consilium religiosi secuti, suis idem canonibus inseruerunt adiuncta etiam ipsum obseruandi pollicitatione & voto. Tercium est votum & voluntariæ paupertatis, quod itidem religiosi imitandum suscepere, atque inter canones suos collocarunt, illis Christi Iesu verbis permoti, quibus ait ad opulentum illum adolescentem: *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus & veni sequere me.* Sed & pluribus alijs tum ipsius Saluatoris, tum Apostoli sententijs ad voluntariam paupertatem inuitamur: ad quam etiam non parum accendimur ac prouocamur, dum Christi extremam inopiam discimus: dum quæ promiserit facultates suas & res temporarias illius amore deferentibus, audimus: dum vt primi illi nostræ religionis professores summa cum laude nihil proprium, sed omnia communia habuerint cognoscimus: atq; demū vbi pauperes spiritu, seu voluntariè pauperes beatos prædicari lætiamus. Ita mi Georgi Euangelica Christi sunt consilia, non quidē ab illo præcepta omnibus, sed volentibus tantum, & quadam animi deuotione ea appetentibus consulta: de quibus etiam consilijs ipse dicit: *Qui potest capere capiat.* Et adolescenti ante memorato ita dixit: *Si vis perfectus esse, &c.* Non ait: Necesse est, vt sic agas, alioqui saluus esse non poteris, sed: *Si vis perfectus esse, vade &c.* Audiui iam, quod in monasticis canonibus præcipuum est, quæ sunt Christi, consilia & Euangelicæ traditiones seu institutiones: quæ ea de causa assumuntur, tamen si in præcepto non sunt vt Christi iussa tanto melius, facilius, absolutius perficiantur. Ist hæc namque consilia, si obseruentur, multas peccandi occasiones & diuinæ legis transgressiones auferunt.

Age de sin
gulis votis,
quædam proponamus
exempla. Qui Deo castimo-
niam vouit & seruare statuit, non solum ipsa sibi luxuria interdixit, sed etiam
peccatis illis omnibus, quæ admittuntur, vt ad libidinem peruenire liceat,
quæq; ad obscenos actus perducunt. Castitas verat carnalem amicitiam,
choreas, nocturnas impuere amoris causa muscas, modulationes, amplexus
ostula

oscula, inhonestos actus & verba, pluraque alia vitia à luxuria peccato nihil defuncta, sed eã aut præcedentia, aut subsequentia: quæ tamen omnia vitare necesse est eum, qui luxuriam vitare velit. Sicut autem castitatis gratia multa alia propudiantur vitia, ita & per plures sanctæ assumuntur exercitia, ut est castigatio corporis per vigilias, labores, ieiunia, disciplinas &c. cibi ac potus parsimonia, morum integritas, verborum honestas, praua societatis euitatio &c. Cernis iam ut vna virtus tot ex homine mala profliget, utq; vnius virtutis obtinendæ causa sint multa mala vitanda & pia exercitia assumenda? Quæ causa est, cur in monasticis canonibus multa sint præscripta, quæ ad castitatem, vel aliam virtutem adipiscendam atq; seruandam potissimum pertineant, quæ tamen prima fronte extranea, absurda & superuacanea videantur. Quæ autem de castimonia iam dicta sunt, eadem possint & de paupertate dici, quæ nihil proprium possidet. Quot peccata puritas ex avaritia admittuntur, quam Apostolus tum malorum omnium radicem, tum idolorum seruientem nominat? Itaque quod peccata vel perperantur, vel ea admittendi occasiones præbentur, dum rebus accumulandis nauatur opera, tot siue peccata, siue peccandi occasiones per voluntariam paupertatem præsciuntur. cuiusmodi sunt, verbi causa, mentiri, iurare, fallere, odium inuidentia, furtum, prædatio, proditio, homicidium, quæ cuncta ex avaritia proficiuntur, sicut & plura alia vitia, quæ tamen locum nullum habent, vbi paupertas voluntaria assumitur. Vnde & Christus ait: *Facilius est camelum intrare per foramen acus, quam dulum intrare in regnum Dei.* Denique ut & de obedientia quippiam dicamus, quot ea peccata refectet, vel inde constare potest, dum animaduertitur, quod ex superba, propria ac sibi ipsi obsequio voluntate vitia nascantur: quot item errore, ignorantia, imbecillitate infirmo ac debili voluntatis peccata perpetrentur, ut sunt temeritas, arrogancia audacia & id genus alia: quæ omnia in humili & abnegata voluntate quæ se propter Deum alteri ut superiori submisit ac permiserit, atq; ex obedientia sibi ipsi renunciauerit iuxta Dei placitum, locum nullum obtinent. Nostra namque voluntas prohdolor semper in malum, quam bonum, procliuor est. & homines vitiosa propensione, quam rectæ rationi, facilius obsequi conueuerunt, nisi vel præcepto vel humanis adhortationibus ad bonum dirigantur ac incitentur: atque eam ob rem necessesse est, ut ex hac mala extrahantur libertate, quæ lata graditur via, atque in sui subter superiores abnegationem perducantur, qua continenter in recta ad beatitudinem conferuentur via, quam Christus angustam vocat.

Vt corrigi oporteat eos, qui inter religiosos non religiose viuerent.

Capitulum V.

Milos.

Satis mihi placerent, quæ iam dixisti, modo ita seruari. Atqui plurimum mihi hac in parte monachi culpabiles videntur. Ais namque castos eos esse. Sed reuera hac in parte non admodum commendabiles sese præbent. Libentius namque viris cæteris, apud fœminas demorantur, & iam vulgo fertur, com plures inueniri fœminas, quas plus delectet vitidis

F 2

dis